



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Bvrgense Collegivm Metropolitanum in Hispania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

Basilica, collegium à Roberto Frisio Flandrię  
Comite anno 1073. institutum. vt Meijerus &  
Marchantius testantur.

## CAPUT LXXXIII.

## BURGENSE COLLEGIVM METROPOLITANUM in Hispania.

**B**URGI vulgo Burgos vrbs est Archiepiscopalis Hispaniae, caput regni Castellæ veteris. huius Episcopatus ac collegij ista fuerunt initia ac processus. Auscensis sedes Episcopalis anno 1074. ad opidum *Gamonal* trāslata est. Anno 1075. Alphonsus VI. Hispaniarum Rex, Ferdinādi magni filius, vrbe Burgensi iam ædificata, ad eius ampliationē Auseensem Ecclesiam inde Burgos transtulit, Urbano II. Pontifice confirmante, qui eam ipsam ab omni iure Metropolitano exemit, cū antea Tarragonensi Archiepiscopo subdita, fuisset, & Romanæ sedi immediatè subiecit. Philippo II. Rege demum flagitante, Archiepiscopali hæc sedes dignitate aucta est à Gregorio XIII. attributis illi Suffraganeis duobus, Pompelonensi & Calagurritano. Sic G. Loaisa in notis ad concilium Lucense. Sed ex actis illius Ecclesiæ ad urbem missis accepimus Burgensi Archiepiscopo tres esse suffragandos, Pompelonensem Calagurritanum, & Palentinum. In Diœcesi porrò Burgensi sunt tredecim Ecclesiæ collegiatæ Canonicorum, in Me-

in Metropolitana autem sunt XLIV. canonicatus, præter Decanatum. de Burgensis vrbis fundatore vide Marianam libro octauo capite secundo Rerum Hispaniæ.

CATHEDRALE COLLEGIVM CAGURRITANUM in diœcesi Burgenſi.

**C**ALAGVRRI<sup>S</sup> siue Calaguris, hodie Galahoria, in ripa Ebri Fluminis ( teste Ambrosio Morali ) sita M. Fabio Quintiliano, & Prudentio ciuibus gloriatur : habetque duas sedes Cathedrales, nimirum Calagurrim, & Sanctum Dominicum de la Calcada, & duas Basiliicas collegiatas. Locronium & Victoriam, Calagurritanus Episcopus olim Tarraconensi postea Cæsar augustano hodie Burgensi est suffraganeus decreto Gregorij XIII.

C A P V T LXXXIV.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM  
Huijense, ad Mosam Fluuium, in diœcesi  
Leodiensi.

**V**VAZONE Episcopo Leodiensi defuncto, Theoduinus in Episcopatu est succenturiatus, teste Sigeberto Gemblacensi in Chronico. Huic Stephanus IX. Papa, Gothelonis Lotharingiæ Ducis filius, & olim Basiliæ S. Lamberti Leodij Canonicus, *superhumeral* Gemmis & vunionibus ornatum in humeris deferendum transmisit; vt Ioannes Pla-